



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

quod de elect. in 6. & ad usufructuarium fructus omnes a solo separati suo nomine perueniunt; l. si eius. ff. de rei vend. consequenter Episcopus mortuus donans alicui praesentati & acceptanti omnes & singulos fructus collectos, & a solo separatos quomodo debet ad suum Episcopatum spectantes, donasse censetur fructus omnes illius anni pertinentes ad Episcopatum, in quibus iam erat donatorius quod fructum ante diem, quo illos donauit, quales esse censentur non solum decimae, & alij fructus, qui tunc erant collecti, & in horrea reconditi; sed etiam qui erant iam messi, & ab arboribus, vel terra separati, etiam si nondum essent triturati, nec grana ex spicis excussa; & siue fructus illi a seuis Episcopi, seu beneficiariis collecti, & separati fuerint, siue ab ipsis colonis ea mente messi, & collecti iam erant, ut ex eis decimas soluerent; cum fructus omnes decimandi causa a solo separati, beneficiariorum, esse coleantur.

(Ad erendum quod haec au horis opinio videatur contra Bullam Iulij III. quae incipit cum sicut constit. 9. edita Anno 1550. ubi Papa dicit Beneficiorum fructus, tempore obitus Beneficiorum in exactos, ad successores in beneficiis spectare.)

DECISIO IX.

Ex cons. 5. in Nouis, deest in antiquis.

Clericus modo regularis non sit, de patrimonialibus, vel quasi, etiam donando pro libito, ut laicus dispo- nere potest, c. quia nos, de testam. quae sita vero ex fructibus beneficii, seu intuitu ecclesiae, non nisi intuitu vere pauperatis, vel pietatis al cui largiri nequit, & alter vterque, scilicet, tam donatarius, quam donator peccat, & ea pauperibus, & operibus per restituere tenetur.

DECISIO X.

Ex cons. 9. in Nouis, deest in antiquis.

Ex prohibens patri ne in dationem filio, si ultra quin- tam partem bonorum dare possit, donantem pro ani- ma sua ad opera pia, vel in remunerationem, non obligat et Nauar. in Man. c. 26. num. 29.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 1. de atate & qualitat. ordin.

Donatio causa mortis cum clausula, De non reuocanda, licet valeat si modo vel bis dispositio in infera non sit, tamen si id in exequutoriis fiat; ex Cou. par. 2. rubr. de test. nu. 13. Sed neque donatio causa mortis facta reuocatur, si quis postea donec inter vivos, putans donatarium interisse. Arg. l. si de dolo de hereditat.

TITVLVS XVII.

De Peculio clericorum.

Hic titulus deest in antiquis.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerico filio familias datum sit peculium castrense.
- 2 Fructus beneficii, viuentis titulari, cui debentur.

DECISIO I.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiquis.

Clericus non suturatus, filius familias annuatim a patre pecunias accipiens, ut clericaliter se suscipiat, de praedictis pecunijs testari, aut alio modo disponere potest, non obstante quod sit filius familias; sique ei huiusmodi peculium castrense. Arg. Auth. presbyt. de episc. & cler. Contr. cit. Vnde ludendo efficaciter dominium illius in alium transfert, sicut etiam omne id, quod lucratur.

DECISIO II.

Ex consil. 56. alias 34. de preben.

Beneficiorum fructus, viuentis titulari, seu illorum re- scindatio, a solo separati ei debentur, sicut etiam locationum pensiones correspondentes fructibus a solo separatis & hoc etiam nondum fuissent in horrea repo-

siti, cum idem de perceptis, & a solo separatis iudicandum sit. Argum. l. si eius. ff. de rei vend. unde si illos viuentis debita honesta contrahendo consumpserit, non facerent spoliū, alii sic. De iure autem deberetur succedenti in beneficio, cap. c. in vos, de offic. ordin. & c. quia tepe, de elect. in 6. sicut & collecti sede vacante, nisi alteri applicati essent.

TITVLVS XVIII.

De testamentis.

S V M M A R I V M.

- 1 Restituere tenetur famulus, qui compensandi animo clā accepta, fecit, ne heres tot sibi relinqueret.
- 2 Heres testatoris confessorio non tenetur nisi in verisimilibus credere.
- 3 Deponens testator pecunias cum pacto nihil soluendi depositario iniuste facit, & usuram committit.
- 4 Relictum collegio pro annuario quotannis celebrando, inter Collegiatos praesentes diuidi nequit.
- 5 Legitima Iudaeorum, & infidelium filijs conuersis, vni parentibus, debetur.
- 6 Alienare extra familiam prohibito succedere non potest extraneus ex testamento, sed sic ab intestato.
- 7 Institutio in alterius voluntate relicta an valeat.
- 8 Incapax, cui aliquid tacita fide relicta est, illud denuntiando lucratus dimidiam partem, alij vero tertiam.
- 9 Substitutos, si sine liberis decesserit institutus, monasterium, quod institutus intrat, quando succedit.
- 10 Testamentum clerici, vel Episcopi in vrbe decedentis de rebus per negotiationem quasitis, ut validum.
- 11 Regularis ex Papa privilegio ad pia testari potest.
- 12 Testamentum factum cogitante ingredi religionem, professione confirmatur.
- 13 Legatum Minoribus, ut eis pro sit quomodo faciendum.
- 14 Testamentum a parochio scriptum, & sola manu testatoris subscriptum an valeat.
- 15 Beneficiarius heres a patre institutus, an ex beneficii fructibus legata mandata soluere teneatur.
- 16 Extraneus Pij V. reuocans privilegia concessa clericis disponendi in fauorem illegitimum, quomodo intelligenda.
- 17 Legatum, quo mandatur heredi, ut detur vni aliquid, an censeatur perpetuum.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 17.

SI testator relinquere deliberans 200. in suo testamento cuidam famulo suo debenti ei 50. clam minua im subtrahit, sed antequam relinqueret, dixit eidem se id deliberrasse, & seruis respondens se ob id gratias agere sufficere tamen ut sibi solum relinquat centum quinquaginta; quod fecit animo compensandi praedicta quinquaginta subtrahit, quae ex 200. sibi legatis remittebat, testatore mortuo & solum centum quinquaginta legatis, non potest famulus quinquaginta, quae debebat, ultra 150. legata reinerere, loco aliorum, 50. quia legasset testator, si ipse non impedisset, sed ex illis 150. legatis, quinquaginta quae clam subtraxit, heredi restituere tenetur. Quia cum testari, vel legare, & testari, & legare velle diuersa sint, Arg. tex. in l. in vendentis, de contrah. empr. & voluntas vltima vsque ad extremum vitae exitum mutari potest, c. vltima voluntas. 13. q. 2. etsi deliberasset testator 200. relinquere; quia tamen non nisi 150. legasset, non censetur famulus a reliquis 50. testatori ignotis, & restitutione eorum liberatus, ob bonum propositum, quod habuit, eo quod propositum in mente retentum parit abortum. l. si repetendi. C. de condit. ob causam.

DE-